Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75353-p0001-6

2

Summos in Philoſophiâ Honores,

*quos*

RECTORE MAGNIFICO

*VIRO*

*Nobiliſſ. Experientiſſ. Ampliſſ. atq; Excellent.*

DNO

# MICHAELE SENNERTO

Med. D. Prof. Publ. Collegii Medici Seniore

Ac h. t. Decano

COLLEGII PHILOSOPHICI

DECANUS SPECTABILIS

*VIR*

*Nobiliſſ. Ampliſſ. Excellentiſſimus*

# DN. CHRISTIANUS DONATI

Logic. & Metaph. Prof. Publ. Celeberrim.

Conferebat

*VIRO JUVENI Eximio Præſtantiſſimoq;*

# DN. JOHANNI MICHAELI HOPPIO

Vratislavienſi S. S. THEOL. Stud

*d. 27. Aprilis. A. O. R. M DCLXXXII.*

Ex animo gratulantur;

DNN. PROFESSORES, PATRONI PRÆCEPTORES AC AMICI.

---

WITTENBERGÆ

Typis JOH: BORCKARDI, Acad. Typogr.

2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75353-p0002-1

QVam Tibi ſubmittit Laurum nunc Magnus Apollo
Hanc Labor & Virtus cum Pietate volunt.
Hactenus una fuit Tibi, doctos volvere cura,
Libros, hinc tandem præmia digna cape!
Gratulor & voveo quo Gloria Numinis olim
Creſcat, qvô Patriæ commoda mille creet.

MICHAEL SENNERTUS, D.
h. t. Acad. Rector.

---

*QVos VViteberga tibi magnos decernit honores*
*In præſens grator, Numen & ipſe precor*
*Ex illis quondam quò Jovæ Gloria creſcat*
*Maxima, qvò Patriæ commoda mille ferant.*

ABRAHAM CALOVIUS, D.

Hop

HOPPIUS in noſtris pulcherrima *prælia bellis*
Expediit, lætus *Victor* ubiq; fuit:
Propterea gratus *Sophiæ*, gratus quoq; *Phœbo*,
Omnes ſuſcipiunt *præmia* grata Viro.
*Turba Novena* ligat *Victori ſerta. Coronas*,
Ut varii *ſtudii* pulchra *trophæa* gerat.
Gratulor his *auſis*! ſint grator *trophæa Jehovæ*
Hic *ſtudiis* partis usq; favere velit.
Cælitus & Largè *benedicat Honoribus* iſtis,
Donec ovans *Victor* plura *trophæa* ferat!

JOHANNES Deutſchmann/ D.

---

*SIc volo, ſic jubeo, condigna capeſſe brabea*
*Hoppi Pieridum Gloria Lausq; Patris.*
*Nam vultus non rarò tuus ſudore madebat*
*Cùm tu perlegeres ſcripta diſerta Virûm.*
*Hinc pede conſcendas celeri modo pulpita docta,*
*Accipiet ſtudium munera læta tuum.*

CHRISTIANUS DONATI, P.P.
h. t. Ord. Phil. Decan.

---

CArpe gradum, titulumq; novum *Chariſſime Fautor*,
Non expers fructus ulterioris erit.

*Deproperab. m. lq;.*

ANDR. SENNERTUS, P. P.
Acad. Senior.

AMICE mi, capeſſe honores maximos,
Qvos improbo labore meruiſti diu.
Et Ne Tibi deſit quid unquam pio,
Votum meum eſt, proſint honores tibi & bene,
Vertant Tibi, Tuis bonoq; publico.

CONSTANTINUS Ziegra/D. P.P.

---

*Jure tibi Laurus confertur, quando mereris;*
*Comprecor ex animis ut benè cedat honos!*

G. C. KIRCHMAIERUS,
Orat. P.P.

---

QVi non-defeſſo ſtudio ſudavit & alſit
Hactenus, hunc meritò condecorare decet.
Qvapropter laudo cingentem tempora Lauru
Docta, nec applaudo jam ſine { mente / laude } Tibi.

MICHAEL VVALTHERUS, P.P.

---

*Suſcipe Phœbeas Hoppi Doctiſſime Mitras*
*Queis crines Virtus ornat amanda Tuos*
*Præmia continui tandem cape fauſta laboris*
*Quæ jam Leucoreus donat Apollo Tibi.*
*Affixam Sophiæ mentem tinctamq́; liquore*
*Caſtalio ſemper fulgidus ambit honor.*
*Annue, ridenti ne Te modò ſubtrahe, ſorti*
*Nomen cum Lauro creſcat in orbe Tuum.*
*In honorem Præſtantiſſ.*
*Dn. Candidati ſcribeb.*

BALTHASAR Stolberg/ P.P.

Quip.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75353-p0005-8

NUper dignus eras conſcendere Palladis arcem,
Jamq; ſtruebantur culmina celſa tibi.
Mox indefeſſo niſu doctiſſima charta.
Expoſita eſt Nobis, quæ Diadema parat.
Fac caput Hoppiades felici ſubde tiaræ
Auſpiciis fauſtis magnus Apollo favet.

*Honores fauſtos nec minora fortunæ incrementa vovet optatq; meritiſſimo recens Magiſtro*

C. S. SCHURTZFLEISCHIUS, P. P.

---

*TE dudum Patriâ, Fautor, tellure remotum*
*Exornare ſtudet Regio Peregrina Coronâ.*
*Namq; Tuo ſtudio Doctos pervolvere libros*
*Oribus ac faciles aures præbere Docentum*
*Non detrectaſti; quapropter præmia niſûs*
*Accipe, non renuens ſacra mox Tu pulpita ſcande.*

*Hiſce Clariſſimo Dno. Candidato de ſummis in philoſophia honoribus ex animo gratulari voluit*

CHRISTIANUS Vater/D.

---

MAgnus Apollo Tibi tribuens inſignia Lauri
Jura, Tuæ abſtruſum promovet artis opus.
Gaudens ex animo Tecum, congratulor, atq;
Plura tibi, voveo, commoda mitra ferat.

*ita Præſtantiſſimo & Eruditiſſimo Dn. Candid. ſtudia ſua teſtari voluit*

M. Joh. Bapt. Röſchelius, S. H.
Facult. Philoſ. Adj.

*RAris ingenii præfulget dotibus HOPPF*
*Perdoctus Juvenis, quem Themis ipſa colit.*
*Hebræam linguam loquitur, nec non bene græcam*
*Chaldæas voces, callet & iſte Syras.*
*Eſt decus Euſebiæ. Sic paucis prædico laudem.*
*Hinc Lauro decorat Leucoris alma caput.*
*Prœmia digna capit, Majores grator honores.*
*Sic nomen creſcet. Fama perennis erit.*

*Dignis honoribus congrat.*
*ſcrib.*

Gottfried Gerlach/
J. U. Stud.

---

CArpe decus Sophiæ, meritum, cùm Daphnide cingit
Hoppi Chare mihi, Magnus Apollo caput.
Sic honor & nomen ſemper laudesq; manebunt,
Et Patriæ paries commoda mille rei.

*gratulab. ſcrib.*
Johannes Sartorius.

---

Ich bin erfrewt nunmehr den goldnen Tag zuſchawen/
Da Er mein Wertheſter/ die Ehren Krone trägt/
Da Jhm die Gratien den Ehren Tempel bawen/
Und was Er Längſt verdient mit Ruhm wird beygelegt.
Ich wüntſche/ daß die Kron mag unverwelcket blühen/
Ja noch viel größern Ruhm und Ehre nach ſich ziehen.

Eilfertigſt/ doch wohlmeinend/ dem Herrn Candidaten,
ſeinem werthgeſchätzten Herrn Lansverwandten/ zu
ſchuldigen Ehren auffgeſetzet von

M. Florian Klepperbein.

Erga

ERgo capis tandem Virtutis digna brabea
Quæ fert Leucorei Præſidis ampla manus.
Lætor cum Cathedram rurſus te ſcandere cerno
In quâ ſub Magno Præſide rite ſtabas.
Sint fauſti, ſummos Sophiæ quos carpis Honores
Et Patriæ quondam fœnora plura ferant.

*Ita ex animo Dn. ſuo Contubernali*
*& Fautori, grat.*
Johan Tobias JmHoff.

---

*SIccine, mirator rerum, Clariſſime Fautor*
*Hoppi Doctorum gloria Sleſiadum*
*Tandem aliquando tui crines radiante premuntur*
*Mitrâ, jam demum præmia digna capis.*
*Cum Tibi Feſta caput Muſarum turba coronet*
*Hinc etiam merito carmina ſcribo Tibi.*
*Apprecor, ut celſo patrias ex æthere longe*
*Deſpectes oras orbeq; notus eris.*

*Hæc favoris & amoris fraterni*
*causâ ſcrib. Dn. Contubernali*
.M Chriſtianus Am Ende.
Schol. Calbenſis Rector.

---

DEr fleiß erwirbt den Preiß. Wer ſich in ſeiner Jugend
So wohl bey Tag alß Nacht ergiebt der Edlen Tugend/
Der kan erlangen auch mit Ruhm des Daphnis Reiß
Es bleibet doch darbey der fleiß erwirbt den Preiß

Diß

Diß iſt der Tugend-Lohn / den Phœbus überreichet /
Vor welchen Zoilus und Momus ſelbſt erbleichet?
Wohl dem nun / der bekömbt die ſchöne Lorber Krohn /
Wie Er / Herr Hoppe / kriegt. Diß iſt der Tugend-Lohn.

Mit dieſen wenigen hat ſeinem Treugewogenen Herrn Landesmañe und Tiſch genoßen obliegender Schuldigkeit nach beyfügen ſollen

Johann: Georg: Buliſius
Acad: Witteb: Depoſ:

---

DEr frohe Frühling iſt mit bunter pracht fürhanden /
Es freuet ſich die welt / wann Titan auffgeſtanden /
Wann er das Rund erfreut mit ſeinem feuerglantz /
Und wenn das himmel-blau lacht von der Bogenſchantz.
Apollo ſelbſt weißt unſerm Pindus ſeine Strahlen /
Wann ſeine Hohe Hand mit Krohnen will bezahlen /
Was groſſer Fleiß verdient: und Lorbern leget bey /
Der vor dem Moder bleibt / und vor dem Donner frey.
Wir ſehen heut Herr Hoppen mit bekröhnet ſtehen.
Bisher war Er bemüht den Künſten nach zugehen /
Nun folget auff die Müh / auff manchen ſauren Schweiß /
Der längſt verdiente Lohn / und hoher Weißheit Preiß.
Ich wolt zu ſeiner Ehr ietzund ein Lob-Schrifft ſchreiben /
Wann ſeine Tugend nicht ſich ſelbſt könt einverleiben
Der grauen Ewigkeit. Drumb wünſch ich zum beſchluß /
Es geb Euſebie Ihm bald den Doctor-Kuß.

Dieſes geringe wolte ſeinem werthen Herrn Stubengeſellen glückwünſchend beyfügen

M. Chriſtoff Reüchlin /
von Tübingen.

Quàm

QVàm pulchrum eſt, Sophiæ Lauru cum laude potiri!
Exemplo nobis noſter Amicus adeſt.
Hic { capit / gerit } omninò magnâ cum laude Coronam,
Qvam capiti docto Doctus Apollo dedit.
Applaudo, reliqui dum congratantur Amici,
Hoppiadæ perquâm proſpera fata vovens!

**M. Joh. Nicol. Werther/**
**Rackithâ-Saxo.**

---

*TU benè tractâſti ſtudii ſeptemplicis artes*
*Quæq; ſolent veteres ritè docere Sophi.*
*Nam teſtis cathedra eſt, quæ pleno prædicat ore*
*Doctrinam claram, Fautor amate, Tuam.*
*Prætereà teſtatur eam quoq; Præſul Apollo,*
*Exornans doctum non ſine laude caput.*
*Gratulor impensè: Laurus Tibi cedat honori,*
*Atq; Tibi ſemper proſpera quæq; ferat!*

*Ita Clariſſimo Dn. Candidato, Fautori ac Amico honoratiſſ. de meritiſſimis in Philoſophia honoribus gratulab.*

**M. Melchior Gebauer/**
S. S. Theol. Stud.

---

A. & Ω.

QVamvis ſponte mihi Sapientia nubere vellet,
Uxorem nollem ducere, ſtultus ait.

Conjuge, mundus ait, non vellem ſponte carere,
Stultitia ipſa licet conjugis inſtar * erit.
Si mihi dicendum, quod res eſt, neuter ad ungvem
Rem tenet, & rectè dicit uterq; minùs.
Rectiùs & meliùs { potuiſti / voluiſti } ſenſibus uti,
Fautor Amice, Tuis, quàm malè ſanus homo.
Stultitiam ducant uxorem mundus, & ejus
Membra, regant pariter nunc ſine menteSuam.
Contrà ſolus agat ſtultus, careatq; Minervæ,
Ductricis cautâ tàm Sapientis ope.
Sit Chriſtjana Tibi ſapientia conjugis inſtar,
Donec & accedat Nupta { decora Domûs! / ſuperna Poli! }

* *Licet cum Indicativo conſtrui, præcipuè à JCtis; oſtendit eruditè admodùm noſtri Seculi Varro, Joh. Gerh. Voſſius, Lib. de conſtr. p. 599.*

*gratulab. fac.*
**M. Jac. Alb. Oettelius,**
Kürbiz. Var. Theoſ. deditus.

---

QVis reprehendat opus, condignum laudibus amplis,
Qvod jam pro meritis tribuatur amata Corona
His, qui ſe dignos celebri præſtare Brabeutæ
Non ſine laude ſuâ voluerunt & valuerunt?
Omnibus ut grator, ſic maximè, *Amice colende*,
Ex imis cordis Tibimet penetralibus, optans,
Cedat ut iſta Tibi, multo ſudore parata,
Fama novi tituli feliciter, inq; Jehovæ
Inprimis Laudem, patris, patriæq; ſalutem!

*Ità Dn. Candidato, Fautori colendo, de novis honoribus gratulatur*
**J. E. Rolfinck, Holm. Svecus.**

CAſtalidum Decus es Hoppi, modò ſuſcipe Laurum,
Debuit hæc dudum condecorâſſe caput.
Qvippe fuligo tuum cerebrum combuſſit amœnum
Lampadis, hinc Patriam dotibus irradias.
Viribus ex totis grator Tibi, Fautor amande,
Gaudia ſint Patriæ, ſit tibi fauſtus honor.

*Ita Clariſſimo Patriotæ ſuo, ex condigno Magiſterii Apicem admittenti, ex animo congratulabatur*

Daniel Springerus, Vratisl.
Philoſ. Candidat.

---

SIc Hoppi, in lucem prodit, Doctiſſime, demum
Qvod fueris gnavus ſectator Apollinis, atq;
Pervigili ſtudio Sophiæ ſcrutatus abyſſus.
Qvi labor ut ſummo donari ſemper honore
Svevit, ſic etiam par erit macteris eôdem,
Propterea grator, voveoq; ut creſcat in annos!

*Hiſce Digniſſimo Dn. Candidato ſincerè acclamat*

Wilhelmus Kenckel/
S. S. Theol. Stud.

---

A. & Ω.

WJe offters pflegten wir/ Hochwerther Freund/ zu ſchertzen:
Wehn unter Uns zu erſt der Pallas milde hand
Vermittelſt ihrer gunſt würd' wickeln in ein band
Darinnen man mit ihr ſich kan vergnüget hertzen.
Denn weil ſie ſo genau verknüpffen ſich zuſammen/
So häuffen ſich auch mehr die heiſſen liebes-flammen.

Bey Jhm hat nun der ſchertz gar artig eingetroffen
Sophia küſſet Jhn mit auserleſner luſt/
Umbfaſt und drücket Jhn an ihre ſchöne bruſt/
Die Er geſogen hat. Jch aber ſteh im hoffen.
Der Krantz den Sie Jhm ſchon vor langer zeit gewunden/
Verehrt Sie Jhm/ weil Ers höchſt würdig iſt befunden.
Drumb wüntſch Jch tauſend Glück zu dieſer neuen Ehre!
Das Edle Breßlau freut ſich über dieſen Sohn:
Gantz Wittenberg erhebt die Stimm in hohem thon/
Und wüntſcht daß ſeinen Ruhm kein Neidharts-gifft verſehre.
Jch kan mit gutem recht Jhm dieſe Lob-Schrifft geben:
Wer wie Herr Hoppe lebt/ muß auch im tode leben.

Dieſes wenige und geringſchätzige ſchriebe ſeinem Hochgeehrten Herrn Landsmann/ als wolwürdigen Herrn *Candidato*/ aus treuer Stuben-freundſchafft und auffrichtiger vertrauligkeit

**Gottlib Scholtz/ von Goldberg**
aus Schleſien/ der H. Schrifft befliſſener.

---

INtegritate piâ Morum, Doctiſſime Fautor,
Dotibus & raris ingenii radias.
Dum Tu Caſtalii potaſti flumina rivi
Hinc exornantur frondis honore comæ.
Gratulor huîc decori, tibi ſint hæc nomina celſa
Immenſum Calcar, grator & ipſe Patri.

*His*
*Conterraneum chariſſimum ad ſummos Philoſophiæ honores contendentem gratulabundus proſequitur*

**Godofredus Preus, Vratisl.**

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75353-p0014-8

Summos in Ph

RECTORE

Nobiliſſ. Experienti

MICHAELE

Med. D. Prof. Publ.

Ac h.

COLLEGII P

DECANUS

Nobiliſſ. Ampl

DN. CHRISTIA

Logic. & Metaph. P

Con

*VIRO JUVENI Ex*

DN. JOHANNIM

Vratislavienſi S.

*d. 27. Aprilis. A. O.*

Ex animo

DNN. PROFESSORES

TORES A

WITTE

Typis JOH: BORCK.